



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

109. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 73
affectionem ex Dei credamus inspiratione
conceptam, ut resipiscant à diaboli laqueis, à
quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

De eadem re. *Ex Concilio Africano.*

C IX. Aurelius Episcopus dixit : Si quis-
quam in periculo fuerit constitutus, & se re-
conciliari divinis altaribus petierit, si Episco-
pus absens fuerit, debet utique Presbyter con-
sulere Episcopum, & sic periclitantem ejus
præcepto reconciliare. quam rem salubri con-
filio debemus roborare.

Conc. Car-
thag. 2. c. 4.
Burchard. lib.
18. c. 13.

De eadem re. *Ex epistola Celestini Papæ.*

C X. Vera ergo ad Deum conversio in ul-
timis positorum mente potius est æstimanda
quàm tempore. Propheta hoc taliter afferen-
te : *Cùm conversus ingemueris, tunc salvus
eris.* Cùm ergo Dominus sit cordis inspektor,
quovis tempore non est deneganda pœnitен-
tia postulanti, cùm illi se obliget judici cui
occulta omnia noverit revelari.

Decreta Ce-
lest. 1. c. 15.
Burchard. lib.
18. c. 1.

De his qui obmutescunt antequam sacerdos
veniat ad eos. *Ex epistola Leonis
Papæ.*

C XI. Ita ergo talium necessitati auxiliandum
est ut nec actio illis pœnitentiæ nec commu-
nionis gratia denegetur, si eam etiam amisso
vocis officio per indicia integri sensus quærere
comprobentur. Quòd si ita aliqua ægritudine
fuerint adgravati ut quod paulò antè posce-
bant, & sub præsentia significare non vale-
bant, testimonia eis fidelium circumstantium

S. Leo epist.
91. c. 5.
Burchard. lib.
18. c. 9.
Riculf. c. 10.